



Nobiliss: Vir:

Gravi vulnere de caelo factus es. Sed qui te dicendo hactenus mirabilem ~~prostitisti~~^{restitisti}, nunc denique et agendo stupendum das. Cuiusmodi enim illa sunt, à gemino funere charissimorum pignorum tam subitâ fortitudine tibi imperare, ad te redire, ad amena studiorum, ad ipsas et hucus; planè quasi nihil contigisset, et perstrictus tu quidem ~~sero~~^{leui} fulmine, non ~~basus~~ eses! Hactè, mi Heros, ingentis animi generositate inuictâ, et, si amicos etiam pateris de suo conferre quod ad nobile institutum faciat, et auocando tibi ab inutili dolore, ecce meam inter primos curtam supellectilem excutio, ut, si ridendi horæ nondum rediere, certè ridentem verum dicere audias, et cum novo Pontifice meo more garrientem; quin imò de electiore capularis Papæ disserentem, ut qui Pasquino et Barforio maledicendi voluptatem eminè inuidere audeam. Adjicio sententiolam de Coma, quâ, si te satis aspectus sum, gravis controversia dirimi possit. Ignorare nimis libertati ~~Sen-~~^{Sta-}tueram Hagâ detrum his te rugis obtundere. Firmitavit ingenij illa tui alacritas ut jam nunc illas repræsentarem. deinde novitatis gratiam captare visum fuit, cum ex itinere destituerim Zulichemum excubere, Hollandiam non visurus, nisi ostiduo post victorem Principem. Vale, vir summe, et scribe tui gregis hunc

Vere tuum

C. Huygens

Bergis ad Romam.

xvii Octob. MDC XLIV.

[Naar het oorspr. in codex Vindobon. 10093. N: 116]

